Is igitur ita dispositis dico: qm̄ queadmodum se hnt̄ puatiōnē. i. affirmatio et negatio q̄ dicūt ē iniustus hō: nō ē iniustus hō ad simplices q̄ p̄ponūt ē iustus hō: nō ē iust⁹ homo: fm̄ cōsequētiam: sic se hēbunt etiaz infinite p̄positiones affirmatio et negatio hec. i. que sūt est nō iustus hō: nō ē non iustus homo: ad easdem simplices que sunt: est iustus homo: non est iustus homo: videamus que sit simpliciū et puatiōnē consequentia: vt vtrum se sic habeant infinite ad simplices: queadmodū se hnt̄ puatiōnē ad easdem simplices cognoscamus: disposite igitur sunt i primo quidem ordine simplices p̄positiones affirmatio simplex que dicit est iustus homo: et negatio simplex que dicit non est iustus homo. Sub his: idest sub affirmatione simplici due negationes vna puatiōnē que est nō est iniustus homo: et altera infinita que est non est non iustus homo. Sub negatione vero simplici que dicit non est iustus homo: due affirmationes vna puatiōnē: que dicit ē iniustus homo: altera infinita que dicit: est non iust⁹ homo: illud quoq; in descriptione videndum est: q; angulariter se affirmationes negationesq; respiciūt. nam affirmatio que est simplex est iustus homo: angulariter se contra respicit vtraq; affirmationes infinitam: scilicet et puatiōnē que sunt: est nō iustus homo: ē iniustus hō. Rursus negatio simplex que est non ē iustus hō angulariter respicit duas negatiōes infinitas

De interpretatione editionis secunde liber. iiii. . . .

Infinita. s. et priuatoria: et in veritate simpliciter affirmatio
ne priuatoria negatio sequitur. nam si verum est dicere quoniam est
iustus homo. verum est dicere quoniam non est iniustus homo. nam qui
iustus est non est iniustus. et possumus istam continuam opposi-
tionem coniunctamque proponere: si iustus est homo: non est iniustus
homo. Sequitur ergo affirmationem simpliciter priuatoria negatio:
ut si vera fuerit affirmatio simplex. Nam quoque sit nega-
tio priuatoria: et affirmatio simplicis veritate negatio
nis priuatorie veritas consequatur. at vero non hec conuersio
est neque. nam affirmatio simplex negationem sequitur priuato-
riam. Nam si verum est dicere quoniam non est iniustus homo: non
omnino verum est dicere quoniam est iustus homo. Potest
enim vere de equo dici quoniam equus non est iniustus ho-
mo. neque enim omnino homo est. et ideo nec iniustus homo
est. sed non potest dici de equo quoniam equus est iustus ho-
mo. ita ergo veritatem priuatorie negationis non sequitur
veritas simplicis affirmationis. atque ideo nec continua
propositio hinc et coniuncta proponi potest. Non
enim vera propositio est si quis dicat. si non est iniustus ho-
mo: est iustus homo. de equo enim verum est (ut dictum est.)
quod non est iniustus homo: non tamen verum est esse iustum ho-
minem equum: quare negationem priuatoriam simpliciter af-
firmatio non sequitur. Demonstratum est igitur quoniam affir-
mationem simpliciter negatio priuatoria sequitur: nega-
tionem vero priuatoriam simpliciter affirmatio non sequere-
tur. Rursus videamus et in opposita parte qualis sit con-
sequetia: in diuersa. nam parte affirmationem quidem priua-
toriam sequitur negatio simplex: negationem vero simpli-
cem affirmatio priuatoria non sequitur. Nam si verum
est dicere quoniam est iniustus homo verum est dicere quoniam
non est iustus homo: qui enim iniustus est iustus non est et affir-
matione priuatorie eius: scilicet que dicit est iniustus homo:
veritatem sequitur negatio simplex que non est iustus ho-
mo: hoc autem non conuertitur. Neque enim simpliciter negati-
ua sequitur priuatoria affirmatio. Nam si verum est dicere
quoniam non est iustus homo: non est omnino verum quoniam est iniustus
homo de equo enim verum est dicere quoniam equus
non est iustus homo: nam qui omnino homo non est nec iustus
homo est: sed non de eodem equo potest dici vere quoniam equus est in-
iustus homo: nam qui homo non est nec iniustus homo esse po-
test. Quare veritate negatione simplicis non sequitur veri-
tas priuatorie affirmationis: veritatem autem affirmatio-
nis priuatorie sequitur ex necessitate veritas simplicis
negatione: quo circa monstratum est hoc in utrisque quoniam af-
firmationem quidem simpliciter sequeretur negatio priuato-
ria: negationem vero priuatoriam non sequitur affirmatio
simplex. Rursus affirmationem priuatoriam sequitur nega-
tio simplex: negationem simpliciter non sequitur affirma-
tio priuatoria. His ergo ita positis de infinitis priua-
toribus tractemus. Priuatorie namque et infinite affirma-
tiones affirmationibus negationes consequuntur negationibus
hoc modo. Affirmatio. nam priuatoria que dicit est iniustus
homo consentit infinite affirmationi que dicit est non iu-
stus homo: nam si idem in re significat utreque priuatoria
affirmatio et infinita: et quare in aliqua sermone pla-
tione discrepant tamen significatione nil discrepant: nisi
tantum quod que illa iniustum ponit. in priuatoria: hec po-
nit esse non iniustum: et rursus negatio priuatoria que est non
est iniustus homo consentit atque concordat ei negationi
que est infinita: non est non iustus homo: hec quoque idem ne-
gationes que sibi in consequentia consequuntur manifestum est.
Sequitur autem simpliciter affirmationem eam que dicit est iu-
stus homo: priuatoria negatio que dicit non est iniustus
homo: sequitur ergo eadem ipsa simpliciter affirmationem
infinita negatio: id est eam que dicit est iustus homo: ea que

ponit non est non iustus homo: nam si sibi priuatoria ne-
gatio et infinita consequuntur si eam sequitur priuatoria negatio
eadem quoque infinita negatio consequitur: sed affirmatio
simpliciter que proponit est iustus homo: priuatoria nega-
tio sequitur que dicit non est iniustus homo: quare sequitur etiam
eadem simpliciter affirmationem que enunciat est iustus homo
infinita negatio: que est non est non iustus homo. Rursus
e diuersa parte idem euenit: quoniam affirmationem pri-
uatoriam que dicit est iniustus homo. sequebatur negati-
ua simplex que proponit non est iustus homo: sequitur
quoque infinitam affirmationem que dicit est non iustus
homo: simplex negatio que proponit non est iustus ho-
mo. nam si priuatoria affirmatio et infinita consequuntur: que
propositio sequitur priuatoriam: eadem sequitur infinitam.
Sed priuatoriam affirmationem: que dicit est iniustus
homo: sequitur simplex negatio: que proponit: non est
iustus homo. Sed priuatoria affirmatio et infinita af-
firmatio idem significant sibi consequuntur. Sequitur ergo
simplex negatio que est non est iustus homo: infinita affirma-
tionem que dicit est non iustus homo. sed hoc conuerso
non euenit. Illic enim demonstratum est quod simpliciter affirma-
tionem sequeretur infinita negatio: et simplex negatio ve-
ritatem infinite affirmationis sequeretur: sed non est con-
uersio: ut rursus infinitam negationem sequatur finita af-
firmatio: et simpliciter negationem infinitam rursus affirma-
tio consequatur: nam si idem priuatoria negatio que est non est iu-
stus homo: et infinita negatio significat: que est non est iniustus
homo: quoniam affirmatio simplex que dicit est iustus homo
non sequitur priuatoriam negationem que est non est iniustus
homo: ut supra monstrauimus: eadem ipsa simplex affir-
matio que proponit est iustus homo: non sequitur infini-
tam negationem que enunciat non est non iustus homo. Rursus
in parte altera si affirmatio priuatoria que proponit est
iniustus homo: idem significat eam infinita affirmatio:
que dicit est non iustus homo. Priuatoria autem affirma-
tio que proponit est iniustus homo: non sequebatur sim-
pliciter negationem: que dicit non est iustus homo: nec ean-
dem quoque simpliciter negationem que proponit non est iu-
stus homo: sequitur idem infinita affirmatio que dicit est
non iustus homo. Sed quare hoc ratio consequentia et necessi-
tas monstraret: nos tamen id quod demonstrauimus ratio-
ne: exemplis quoque doceamus. dico. nam affirmationem sim-
pliciter que dicit est iustus homo: sequitur infinitam negationem: que
dicit non est non iustus homo: sicut eadem quoque simpliciter af-
firmationem sequebatur priuatoria negatio: que propo-
nit non est iniustus homo. nam si verum est dicere quoniam est iustus
homo: verum quoque de eodem est dicere quoniam non est non iustus
homo. nam qui iustus est: non est non iustus. sicut verum erit
dicere quoniam idem qui iustus est: non est iniustus: quare simpliciter
affirmationem sequitur infinita negatio: sicut eandem
quoque simpliciter priuatoria negatio sequebatur. sed hoc
non conuertitur. neque statim verum est quoniam non est non iustus
homo eundem esse iustum: equus. nam non est non iustus homo
neque. nam omnino homo est. Quod autem omnino homo non est: non poterit esse
homo non iustus. sed de equo de quo verum est dicere quoniam
non est non iustus homo: non est de eo verum dicere quoniam
est iustus homo. Sicut de eodem equo verum esset dicere pri-
uatoriam negationem: quam proponit: non est iniustus
homo. hec. nam poterat etiam de equo dici. nec erat verum
quoniam sequebatur hanc: id est priuatoriam negationem simpliciter
affirmatio: que dicit est iustus homo. Quare non sequitur infinitam
negationem que est non est non iustus homo: simplex af-
firmatio que proponit est iustus homo: sicut nec illam quidem
que consentit infinite negationi: id est priuatoriam negationem
que proponit non est iniustus homo. ea que dicit est iustus homo

De interpretatione editionis secunde liber. iiii.

simplex affirmatio sequatur. Concludenti igitur dicendum est: quoniam affirmationem quodam simplicem sequitur infinita negatio: sicut eam privatoriam sequebatur. Infinita vero negationem non sequitur simplex affirmatio: sicut nec negationem privatoriam sequebatur. Rursus in altera parte idem e converso evenit. Affirmationem enim infinitam sequitur negatio simplex sicut privatoriam quoque affirmationem eadem simplex negatio sequebatur. Nam quod est non iustus homo: ille ex necessitate non est iustus: sicut etiam qui est iniustus homo: ille ex necessitate non est iustus homo. At vero si dicitur est dicere: quoniam non est iustus homo: non omnino necesse est illud esse non iustus hominem. Equus enim non est iustus homo. Nam quod omnino homo non est nec iustus homo esse potest. sed nullus de eodem dicere potest. quoniam equus est si iustus homo. quod non homo non est: nec non iustus homo esse potest. sicut etiam cum diceremur non est iustus homo: non sequebatur privatoriam affirmationem: que dicitur est iniustus homo. Equus namque non est iustus homo. sed de eodem equo nemo dicit: quoniam est iniustus homo. Iterum igitur concludenti dicendum est affirmationem infinitam sequitur simplicem negationem: sicut affirmationem quoque privatoriam sequebatur. sed non convertitur. neque enim sequitur simplicem negationem infinitam affirmatio: sicut eam nec privatoriam affirmatio sequatur. sic ergo cum sint quatuor propositiones due simplices due infinite sunt: quarum quatuor due simplices sunt: est iustus homo: non est iustus homo: due vero infinite est non iustus homo: non est non iustus homo. et harum quatuor due quidem. id est negatio infinita et negatio simplex sequuntur duas: id est negatio infinita simplicem affirmationem ea que dicitur non est non iustus homo: eam que dicitur est iustus homo: affirmatio enim vero infinita sequitur negatio simplex: affirmationem enim infinitam que dicitur est non iustus homo: sequitur ea que proponit non est iustus homo negatiua simplex: due vero alie. id est affirmatio simplex et affirmatio infinita non sequitur negationem infinitam et simplicem negationem: hoc autem est in privatorijs evenit: ut affirmatio privatoria non sequatur simplicem negationem: cum illa simplex negatio sequatur. et rursus negatio privatoria sequatur affirmationem simplicem: cum simplex affirmatio non sequatur privatoriam negationem. Recte igitur dictum est. harum quatuor id est duarum simplicium propositionum: et duarum infinitarum duas duabus esse consequentes: et habere quandam consequentiam ad alias: sicut infinita negatio et simplex negatio sequuntur simplicem affirmationem: et infinita affirmationem sicut privatoriam quoque nam et privatoriam negatio sequatur simplicem affirmationem: et simplex negatio sequatur privatoriam affirmationem: ergo due habent consequentiam. id est infinita negatio et simplex negatio ad simplicem et infinitam affirmationem: sicut privationes quoque: namque et privationes similiter sunt: ut supra sepe monstravi: due vero minime habent consequentiam: neque enim negatiua infinita simplex sequitur affirmatiua: aut infinita affirmatiua simplicem negatiua sequitur: sicut in privationibus quoque fuit. In privationibus namque nec affirmatio simplex privatoriam negationem sequebatur: nec simplicem negationem privatoriam affirmatio consequuta est: sensus ergo huiusmodi est. quatuor iste erunt: id est quatuor propositiones: ex quibus dupliciter fieri oppositiones dixerat. quatuor autem iste sunt due simplices affirmatiua: est iustus homo: negatiua non est iustus homo: et due infinite: affirmatiua est non iustus homo: negatiua non est non iustus homo. Quarum iquit due negatiua. scilicet infinita et negatiua simplex sic se habebunt ad affirmationem et negationem secundum consequentiam. id est ita alias duas affirmationes simplicem et infinitam ipse due negationes sequuntur: ut eas privationes sequebantur. Due vero minime. id est simplex affirmatio et infinita

affirmatio non sese habebunt secundum consequentiam ipse due affirmationes ad duas negationes infinitam. scilicet et simplicem: quas non sequebatur: sicut nec dudum has negationes privatorie quoque affirmationes sequute sunt. Quod vero ait habere consequentiam ad affirmationem et negationem: non ita intelligendum est: quasi una sit affirmatio aut una negatio. Sed quoniam in quatuor propositionibus: in quibus due quidem affirmationes erunt: due vero negationes: affirmationes simplex quod est iustus homo: infinita autem est non iustus homo: negationes autem simplex quod est non est iustus homo: infinita autem non est non iustus homo. Quoniam affirmationes duas simplicem quidem est iustus homo: infinita autem est non iustus homo: due negationes sequebatur: simplex negatio que est non est iustus homo: infinita affirmatio: que dicitur est non iustus homo: et rursus infinita negatio simplicem affirmationem sequebatur: quoniam ergo (ut dictum est) duas affirmationes et simplicem et infinitam: due negationes simplex et infinita sequebatur: hoc autem et in privationibus erat: idcirco dictum est ad affirmationem et negationem secundum consequentiam sic se habere: harum quatuor propositionum duas: sicut etiam se privationes habent: ad affirmationem autem et negationem dicitur: quod duas affirmationes due negationes consequuntur: due vero minime. id est due affirmationes negationes duas non sequuntur: neque enim sequebatur negationem infinitam simplex affirmatio: aut simplicem negationem infinita affirmatio: sicut nec in privationibus erat: quod sepe supra monstratum est. Ille ergo autem nos arbitretur de eodem genere propositionum dicere sequitur negationes affirmationes: neque enim dicitur negationem simplicem sequitur affirmationem simplicem: hoc enim impossibile est: nunquam enim sibi consentiunt simplex affirmatio simplexque negatio: nec rursus infinita negatio: et infinita affirmatio: neque enim fieri potest: ut aut negatio que dicitur non est iustus homo: affirmationem que proponit est iustus homo consentiat: aut affirmatio que dicitur est non iustus homo: consentiat negationem que dicitur non est non iustus homo: eam enim que dicitur est iustus homo simplicem affirmationem sequitur privatoriam negationem: que dicitur non est iustus homo. sed negatiua inquit infinitam: que est non est iustus homo: non sequitur affirmatiua simplex que dicitur est iustus homo: ergo quemadmodum negatiua privatoriam: que est non est iniustus homo: sequitur affirmatiua simplicem que dicitur est iustus homo: non eodem modo eadem simplex affirmatio: que dicitur est iustus homo sequitur infinitam negationem: que dicitur non est non iustus homo. Quibus dicendum est non eos hanc consequentiam recte intelligere: nec quicquam in hac huiusmodi propositionum consequentiam discrepare. Cur enim hoc notaverunt: quod non sequitur negationem infinitam que est si est non iustus homo: affirmatio que dicitur est iustus homo: nam hoc nihil mirabile debet videri: idcirco enim simplex affirmatio que dicitur est iustus homo: non sequitur infinitam negationem que dicitur non est non iustus homo: quoniam nec antea privatoriam sequebatur: neque enim sequebatur eadem simplex affirmatio que dicitur est iustus homo: privatoriam negationem: que dicitur non est iustus homo: et ea causa est: cur infinitam quoque non sequitur. infinita enim et privatoriam (ut supra sepe dictum est) sibi consentiunt. Quare nulla est discrepantia: nam si simplex affirmatio negationem privatoriam sequeretur: eodem quoque modo infinitam negationem sequeretur: nunc autem quoniam simplex affirmatio negationem privatoriam non sequitur: nec infinitam quoque sequitur negatiua. Illi autem qui sumptum quoniam sequeretur privatoriam negatio simplicem affirmationem: et in eadem consequentiam discrepare dixerunt: quod simplex affirmatio non sequitur infinitam negationem: non ita oportuit discrepantiam sumere: sed magis si quemadmodum privatoriam

toria negatio sequeretur affirmationem simplicem: sic infinita negatio non sequeretur simplices affirmationem: tunc in consequentia discrepare. nunc autem nulla est omnino discrepantia. atque in hac quidem parte nihil omnino discrepat atque discordat: videamus nunc in altera parte: quam illi esse discrepantiam dicunt infinitarum consequentiarum et privatoriarum ad simplices: ut in ea quoque si quid vere discrepet videamus: dicunt enim affirmatiōi quod dicitur privatorie: quod dicitur iniustus homo: consequentiam esse et concordantem simplicem negatiuam que dicitur non est iustus homo: et sicut simplex negatio privatoria sequitur affirmationem et sicut negatio privatoria sequitur simplicem affirmationem: autem quoniam non ita sequitur simplicem negationem que dicitur non est iustus homo: infinita affirmatio que dicitur non est iustus homo. Nec enim illam non sequitur. Quibus dicendum est rursus: quoniam idcirco infinita affirmatio que dicitur non est iustus homo: non sequitur simplicem negationem que proponit non est iustus homo. Quoniam privatoria affirmatio: quod dicitur est iniustus homo: non sequitur simplicem negationem que proponit non est iustus homo. Quod si privatoria affirmatio sequeretur simplicem negationem: sequeretur sine dubio infinita quoque affirmatio eadem simplicem negationem. Nunc autem quoniam privatoria affirmatio simplicem negationem non sequitur: neque infinita affirmatio simplicem sequitur negationem: affirmatio enim privatoria et affirmatio infinita sibi in se consentiunt. Illi vero quod discrepantiam voluerunt ostendere infinitarum et privatoriarum consequentiarum ad simplices: quod cum negatio simplex sequitur affirmationem privatoriam: non eodem modo affirmatio infinita sequitur simplicem negationem: si ita oportuit colligi discrepantiam: sed potius si quemadmodum affirmatio privatoria: quod dicitur est iniustus homo: non ita infinita affirmatio que enunciat non est iustus homo: sequeretur simplicem negationem que non est iustus homo: tunc oportuerat dicere aliquid discrepare consequentiam privatoriarum et infinitarum ad simplices: nunc autem cum eodem modo privatoria affirmatio non sequitur simplicem negationem: eodem quoque modo infinita affirmatio non sequitur eandem simplicem negationem: manifestum est nullam esse in his discrepantiam: imo in omnibus simillimam consequentiam: et illos nihil per hanc rationem: quam voluerunt addere: recte differere: imo potius maioribus obscuram sententiam obscuritatis implicare sed potius ita intelligendum est: ut id quod ait. Quorum due quod dicitur affirmatio et negationem sese habebunt per consequentiam: ut privationes: due vero minime: ita accipiamus tamquam si ita dixisset: quatuor propositionum duarum simplicium duarum vero infinitarum: duas id est affirmationes simplices et infinitas sequuntur due negationes simplex et infinita scilicet sicut privationes quoque. In privationibus enim affirmatiuam simplicem sequebatur privatoria negatio: et simplex negatio privatoria affirmationem: relique vero due. id est simplex affirmatio et infinita affirmatio nullam habent consequentiam ad negationes id est ad simplicem et infinitam: sicut nec privationes quoque: nam affirmatio privatoria non sequebatur negationem simplicem: nec simplex affirmatio privatoria negationem ut dicimus hoc modo: quare quatuor iste erunt due simplices due infinite quarum. id est duarum simplicium et duarum infinitarum due quidem: id est negationes simplex et infinita ad duas affirmationes sequuntur. id est simplicem et infinitam. hoc est. n. quod ait: ad affirmationem et negationem sic se habebunt per consequentiam. id est consequuntur negationes ad eas que sunt affirmationes: sicut in privationibus quoque dicebatur: due vero. id est affirmationes simplex et infinita non habent se in se consequentiam ad duas negationes id est simplicem et infinitam: sicut privationes quoque se in consequentiam non habebant. nam pri-

uatoriam negationem non sequebatur affirmatio simplex nec simplicem negationem privatoria affirmatio. Est alia quoque simpliciorum expositio quam Alexander post multas alias expositiones: in quibus advertit: edidit hoc modo. Cum sint inquit quatuor propositiones quarum due sunt infinite: due vero simplices: due inquit infinite equaliter se habent in affirmationem et negationem ad privatorias: due vero simplices ad easdem privatorias se similitur non habent hoc modo: affirmativa enim infinita consentit affirmatiue privatorie: ea enim que dicitur infinita affirmatio est non iustus homo: ei consentit affirmatiue privatorie que dicitur est iniustus homo: ea vero infinita negatio que dicitur non est iustus homo: privatorie negationi consentit quod dicitur non est iniustus homo: atque hec quod dicitur due id est infinita affirmatio et infinita negatio ita se habent ad affirmationem et negationem: ut privationes. id est eadem affirmant vel negant que privationes affirmant vel negant: due vero minime. id est due simplices: minime se ita habent ad affirmationem et negationem sicut privationes: nam omnino non contingit simplex affirmatio privatoria affirmationem: ea enim que dicitur est iustus homo: non consentit ei quod dicitur est iniustus homo nec rursus negatio simplex privatorie negationi consentit: ea enim que dicitur non est iustus homo que est simplex negatio plurimum dissidet ab ea que dicitur non est iniustus homo que est privatoria negatio: ergo cum sint quatuor affirmationes simplex et negatio simplex: affirmatio infinita et negatio infinita: harum due id est affirmatio infinita et negatio infinita ita aliquid affirmant vel negant ut privationes: hoc est enim quod ait: ita sese habent ad affirmationem et negationem: ut privationes: due vero minime: neque enim ita affirmant et negant due simplices sicut due privatorie: affirmatio namque simplex ab affirmatione privatoria discrepat: et rursus negatio simplex de negatione privatoria longe dissidet atque discordat: sed hec (ut diximus) Alexandri expositio est post multas alias simpliciorum non tamen repudianda: sed illa superior verior esse videtur: quod Aristoteles ipse testatur ait: enim paulo post: hec igitur quemadmodum in resolutivis dictum est sic sunt disposita: hanc enim consequentiam quam in superiorum expositione memoravi privatoriarum et infinitarum ad simplices in primi libri priorum resolutivorum: que analytica greci vocant: sine disposuit: dicit autem Porphyrius fuisse quosdam sui temporis: qui hunc exponeret locum: et quoniam ab herminio vel Aspasio vel Alexandro expositiones singulas proferentes multa contraria et in expositionibus male ab illis editis et dissidentia reperierunt: arbitratos fuisse hunc librum Aristoteles. ut dignum esset: exponi omnino non posse: multosque illo tempore viros totam huius libri preterisse doctrinam: quod inexplicabilem putarent esse caliginem. Illos autem brevissime hunc locum in prima editione preterivimus: sed quod illic pro intellectus simplicitate breviter posuimus: hic omni latitudine totam sententie vim et prolixitatem digessimus: quare quoniam superiora digne (ut mihi videtur) expressimus: sequentis textus ordinem sententiamque videamus.

Similiter autem se habent: et si universalis nominis sit affirmatio ut omnis est homo iustus. Negatio. non omnis est homo iustus omnis est homo non iustus. non omnis est homo non iustus. Sed non similiter angulares contingit veras esse: contingit autem aliquando.

De infinitis quodam propositionibus preloquutus: nunc de his que determinate sunt per universalitatis et particu-

De interpretatione edictiois secunde liber. iiii.

laritatis adiectione dicit: quod etiam similiter ipse se habent sicut ille quoque que sine vlla determinatione dicebantur simplex scilicet propositio atque infinita. Quod vero ait. Similiter autem se habent et si vniuersalis nois affirmatio sit alij ita intellexerunt: vt quod ait similiter referatur ad numerum propositiois et oppositiois. Mas sicut i bis que infinite sunt et indeterminate due sunt oppositiones: vna simplicis negationis et simplicis affirmationis: altera infinite affirmationis et infinite negationis: quatuor autem propositioes: quod supra iam dictum est: ita quoque in bis que determinationem secundum vniuersalitatem particularitatemque habent: sunt quatuor propositioes et oppositio duplex. Oppositio enim vna est vniuersalis affirmatiois simplicis et particularis negationis simplicis: vt est: omnis homo iustus est: non omnis homo iustus est: hec est quidem vna oppositio. Alia vero infinite vniuersalis affirmationis: et infinite particularis negationis vt est: omnis homo non iustus est: non omnis homo non iustus est. Quare hic quoque cum due sint oppositioes: erunt sine dubio propositioes quatuor: sicut i bis de quibus supra iam dixerat: que scilicet determinatione carebant. Alij vero qui Aristotelis animam penitus inspererunt: non aiunt similiter solum se habere determinatas propositioes ad numerum oppositiois et propositiois: sed etiam ad consequentiam: neque est consequentia negationum ad affirmationes i bis propositioibus simplicibus et infinitis: que preter determinationem dicuntur: eadem similitudo habetur in bis que cum determinatione proferuntur. Sed quoniam non in omnibus omnia similia habent: idcirco addidit notans: sed non similiter angulares contingit esse veras: contingit autem aliquando. Sensus autem totus huiusmodi est. Similiter inquit se habent hec propositioes que secundum determinationem dicuntur infinite ad simplices: et simplices ad infinitas: que admodum ille quoque se habebant: que sine determinatione indefinite dicebantur. Sed habent quandam dissimilitudinem: quod angulares propositioes in bis que cum determinatione dicuntur: non eodem modo vere sunt: quo modo ille sunt que sine determinatione proferantur vel infinite vel simplices. videamus ergo prius an eadem in bis que determinate sunt consequentia sit: que in bis est que indefinite proferuntur. Post videamus que sit in angularibus dissimilitudo: disponatur ergo non solum hec que simplices: vel infinite sunt. Sed etiam que sunt priuatoe: et prius quidem disponatur hoc modo. Simplex quidem affirmatio simplex que negatio. Et hec quidem indefinite id est preter vniuersalitatis: aut particularitatis adiectionem: sub his id est sub affirmatione quidem simplici ponatur negatio priuatoe: sub negatione vero simplici affirmatio priuatoe hec quoque rursus indefinite: sub his autem ponatur sub affirmatio priuatoe et sub simplici negatione affirmatio infinita. Sub priuatoe autem negatione et simplici affirmatione ponatur negatio infinita: et hec quoque indefinite et indeterminate sine vlla vel vniuersalitate. Sub his autem disponantur hec quas determinatas vel vniuersalitatis quantitate vel particularitatis vocamus et primo quidem affirmatio vniuersalis simplex contra hanc negatio particularis simplex. Sub affirmatione autem vniuersali simplici ponatur negatio particularis priuatoe. sub negatione autem particulari simplici vniuersalis affirmatio priuatoe. rursus sub negatione particulari priuatoe et sub affirmatione vniuersali simplici ponatur negatio particularis infinita. Sub affirmatione vero vniuersali priuatoe et sub negatione simplici infinita ponatur affirmatio infinita.

tur negatio particularis infinita. Sub affirmatione vero vniuersali priuatoe: et sub negatione simplici particulari ponatur vniuersalis affirmatio infinita: erit autem huiusmodi descriptio.

Affirmatio simplex	Homo iustus est
Negatio priuatoe	Homo iniustus non est
Negatio infinita	Homo non iustus non est
Indefinite	
Homo iustus non est	Negatio simplex
Homo iniustus est	Affirmatio priuatoe
Homo non iustus est	Affirmatio infinita
Definite	
Affirmatio vniuersalis simplex	Omnis homo iustus est
Negatio particularis priuatoe	Non omnis homo iniustus est
Negatio particularis infinita	Non omnis homo non iustus est
Definite	
Non omnis homo iustus est	Negatio particularis simplex
Omnis homo iniustus est	Affirmatio vniuersalis priuatoe
Omnis homo non iustus est	Affirmatio vniuersalis infinita

In hoc ordine propositiois que supra descripsimus que sint angulares manifestum est. Sunt namque affirmationes quod affirmatioibus: negationes vero negationibus: et i bis quibus que indefinite sunt eodem modo angulares sunt affirmatioes. Simplex quod affirmatio que dicit homo iustus priuatoe affirmationi que dicit homo iniustus: et infinite affirmationi que proponit homo non iustus angularis est. Negatio vero simplex que est non est homo iustus: negatio priuatoe que dicit non est homo iniustus: et negationi infinite que est non est homo non iustus angularis est. Item si quis ad definitas propositioes aspiciat: id est sine aliqua dubitatione reperiet. Affirmatio enim vniuersalis simplex que est omnis homo iustus est: affirmatio vniuersali priuatoe que enunciat omnis homo iniustus est: et affirmationi vniuersali infinite que dicit omnis homo non iustus: angularis est. Item negatio particularis simplex que est non omnis homo iustus: negationi particulari priuatoe que dicit non omnis homo iniustus: et negationi particulari infinite que proponit non omnis homo non iustus angularis est: igitur affirmationes affirmatioibus: et negationes negationibus angulares sunt et i ordine definitarum propositiois: et i ordine definitarum: quo circa de earum consequentia speculandum est: dictum est enim prius quod affirmationem indefinitam simplicem sequetur priuatoe et infinita negatio: eas vero simplex affirmatio non sequeretur: rursus infinitam affirmationem priuatoeque affirmationem sequitur simplex negatio: hec vero simplicem negationem non sequuntur. Rursus si quis ad ordinem definitarum respiciat: idem inueniet affirmationem neque vniuersalem simplicem sequitur particularis priuatoe negatio et particularis infinita negatio. Mas si vera est vniuersalis affirmatio simplex que dicit: omnis est homo iustus: vera est et particularis priuatoe negatio que dicit: non omnis est homo iniustus. hoc autem idcirco euenit quod ea que dicit non omnis homo iniustus est: idem potest quod simplex: et similis est ei que proponit quidam homo iustus est: particulari simplici affirmationi. nam si non omnis homo iniustus est. quidam homo iustus est. sed particularis affirmatio simplex sequitur vniuersalem affirmatioem simplicem. Quando enim vera est vniuersalis affirmatio que dicit omnis homo est iustus: vera est et particularis affirmatio que proponit quidam homo iustus

De interpretatione secunde editionis li. iiii. 114

iusus est. sed ei que dicit quidam homo iustus est: cōsentit particularis negatio priuatoria que pponit nō omnis hō est iniustus. Quocirca etiam particularis negatio priuatoria vli simplici affirmationi consentit. Sequitur igitur eam que dicit omnis est hō iust⁹ vniuersalem. s. simplicem affirmationē: ea q̄ pponit. non oīs est hō iniustus: particularis negatio priuatoria sed huic particulari negationi priuatorie: q̄ dicit non oīs est hō iniustus: consentit particulari infinita negatio: que dicit non oīs est hō non iustus: et verus est si non oīs est homo iniustus: qm̄ non oīs est hō nō iustus. idem enim est esse iniustum quod non iustum. sed particularis priuatoria negatio sequit simplicem vlem affirmationem. Infinita igit negatio particularis sequit simplicem affirmationem vlem: ei q̄ consētit: si prius affirmatio vniuersalis vera sit. Quocirca eam que dicit omnis est homo iustus: vniuersalē simplicem affirmatiuam sequit sine dubio particularis negatio priuatoria: non oīs est hō iniustus: et particularis negatiua infinita: non omnis est homo nō iust⁹. Quare hic quoq̄ affirmationem negationes sequuntur. sed hoc non conuertitur. qm̄ enim (vt dcm̄ est) negatio particularis priuatoria que dicit: nō oīs est hō iniustus: consentit particulari affirmatiōi simplici ei. s. que dicit: quidā homo iustus est. hanc aut particularem affirmatiuam non sequitur vli affirmatiua. neq̄ enim si verum est quendam boiem esse iustum: iccirco iam et omnem esse hominem iustum necesse ē. quare non sequit affirmatio vniuersalis simplex. oīs est hō iustus. affirmatiōem particularem. quidam homo est iustus. pōt enim hac vera. i. particulari vniuersalis est falsa. sed particularis affirmatio simplex particulari negationi priuatorie cōsentit. q̄ nec priuatoriaz particularem negationē simplex affirmatio sequit vli. Eā igitur q̄ dicit non oīs est homo iniust⁹ non sequitur affirmatio vniuersalis simplex que proponit oīs hō iustus est. sed particularis priuatoria negatio consentit particulari negatiōi infinite. vli igitur affirmatio simplex non sequitur particularem negationem infinitam. ea igitur que dicit oīs est hō iust⁹ affirmatio vli simplex non sequit eā que dicit non oīs est hō nō iustus particularem infinitam negationem: due igitur negationes infinita et priuatoria pticulares sequuntur vniuersalem simplicem affirmatiuam: sicut in his quoq̄ erat que sunt indefinite. due enim negationes infinita et priuatoria indefinite simplicem affirmatiuā sequebant indefinite: sed nō eodē modo. affirmatio enim vli simplex nō sequit negationem particularem infinitā et priuatoriam: sicut nec i definita quoq̄ affirmatio simplex indefinitas sequitur negationes priuatoriam atq̄ infinitā. qm̄ in hoc vno ordine similiter se hnt definite bis que sunt indefinite equaliter enī affirmationib⁹ veris vere sūt negationes: negationuz veritatē affirmationū veritas non sequitur: nec bis consentit. Rursus in altera parte pspiciamus quēadmodū affirmationes vles priuatoriam. s. et infinitam particularis negatio simplex sequatur: nam affirmationem vlem priuatoriam oīs ē homo iniustus sequitur particularis negatio simplex non oīs est homo iustus: ea enim que dicit omnis est homo iniustus: consentit simplici vniuersali negatiōi que dicit nullus homo est iustus: nam si oīs est hō iniustus: nullus est hō iustus. S; hanc idest vlez simplicem negatiuam seq̄ particularis simplex negatio nam si vera est qm̄ nullus hō iustus est: vera est qm̄

non omnis hō iustus est. sed vli negatio simplex vniuersali priuatorie affirmationi consentit. sequitur ergo particularis simplex negatiua que est non oīs hō iustus: vniuersalem affirmationem priuatoriā q̄ proponit oīs est homo iniustus. sed bec vli affirmationi indefinite cōsentit: idem enim significat oīs est hō iniustus. et oīs est hō non iustus. quare seq̄ quoq̄ particularis negatio simplex que est non oīs est hō iustus: vlem affirmationem infinitā que dicit oīs ē hō non iustus. hic quoq̄ affirmatiōes vles priuatoriā atq̄ i finitā sequit particularis negatio simplex que ē nō oīs ē hō iustus. sed nō cōuertit. etenī qm̄ simplicē negationem particulare q̄ dicit non oīs est hō iustus: non sequitur vli negatio que pponit nullus hō iustus est. neq̄ enim si vera ē non oēm boiem esse iustum: vera est nullū boiem esse iustum: bec aut. i. vli simplex negatio cōsentit vnūq̄ significat cū affirmatiōe vli priuatoria. non sequitur igit vli affirmatiua que dicit oīs est hō iniustus: simplicem particulare negationē que pponit nō oīs ē hō iustus. sicut nec eandem particularem negationē vli negatio sequat. s. priuatoria vli affirmatio cōsentit cū infinita affirmatione vniuersali. igitur particularem negationem q̄ dicit non oīs ē homo iustus: vli affirmatio infinita non sequit q̄ pponit oīs ē homo non iustus. quare hic quoq̄ affirmatiōes duas vles. i. priuatoriā atq̄ infinitam particularis simplex negatio sequit: sicut affirmatiōes duas quoq̄ indefinitas negatiua indefinita sequat. s. due affirmatiōes vles priuatoria et infinita nō sequit particularem simplicē negationē: sicut due quoq̄ indefinite affirmatiōes priuatoria et infinita simplicē negationē nō sequuntur. sicut igitur se hnt definite indefinitis similitudinis. angulares nō eodē modo se hnt. nā indefinitaz pponū angulares sicut vā eē ptingit. nā si verū ē qm̄ ē hō iust⁹: q̄ ē indefinita affirmatio simplex: nihil p̄hibet verā esse etiā q̄ dicit ē homo iniustus. et rursus ea que dicit est hō nō iustus: que sunt indefinite affirmatiōes priuatoria et infinita. rursus negationes negationibus que sūt angulares vā esse ptingit: vt ea que dicit nō ē hō iust⁹: si vera ē: nihil p̄hibet verā eē et que dicit non est hō iniust⁹: et eam que pponit non est hō non iustus. angulares ergo sibi indefinitas in veritate cōsentire nihil p̄hibet: sed in his terminis tm̄: vt i scdo huius opus volumine docuimus. que neq̄ nālia sūt esse neq̄ impossibilia. Si q̄s. n. sic dicat est hō rationalis. huic angulares vere esse non p̄nt: be. s. que dicūt: est hō irrationalis: et rursus est hō non rationalis. Rationalitas enim boi p̄ nām est. sicut aut et de impossibilibus dicendum est. q̄ si sint talia que neq̄ impossibilia sint i esse nec nālia sint inesse: vt in ea p̄positione q̄ dicit ē hō iustus: iustitiā neq̄ nālē eē necesse est boi: nec impossibile esse. manifestus est qm̄ angulares sibi met semp in veritate consentiūt: atq̄ hoc idem de negatiuis quoq̄ angularib⁹ recte dī. In his igitur terminis q̄ nec nāles sūt nec impossibiles. semp angulares et negationes negationibus et affirmatiōes affirmatiōib⁹ sicut veras eē contingit. et hoc qdē in his q̄ indefinite sūt. In his at q̄ definite sunt et vlitatis particularitatis q̄ pticipes nō eodē modo sūt. In quibus at terminis siue possibilibus siue nālib⁹ siue impossibilib⁹ affirmatiōes affirmatiōib⁹ sibi met angularib⁹ in veritate cōsentire nō p̄nt. negatiōes aut negationib⁹ angulares angularibus in his tm̄ terminis qui neq̄ nāles neq̄ impossibiles sūt. in veritate poterūt cōuenire. et primū quēadmodū affirmatiōes affirmatiōib⁹ sibi met an-

De interpretatione secunde editionis lib. iiii.

gularib⁹ i veritate consentire non pnt: i quibuslibet terminis demonstradū ē. Ea que dicit ois ē hō iust⁹ et ea que dicit ois est homo iniustus: que est. s. angularis: vere simul esse non pnt. Ea nāq; que dicit ois est homo iniustus: nihil differt ab ea que pponit null⁹ est homo iustus. sed omnis est hō iustus: et nullus est homo iustus: qm̄ hōie: sunt simul vere esse non pnt. s. ea que dicit nullus est homo iustus: conuenit atq; cōsentit ei que proponit omnis homo est iniustus. quare ois homo iustus est et ois homo est iniustus simul vere esse non pnt. sed eadem que pponit ois est hō iustus: consentit (vt sepe dcm̄ est) ei que dicit omnis est hō non iustus. Quare nec in his hec in veritate consentire poterit ei que dicit qm̄ ois est homo iust⁹ affirmatio igit⁹ vlt⁹ simplex omnis est homo iustus: affirmationibus vltibus p⁹uatozie et infinite que sūt ois ē homo iniustus: et omnis ē homo nō iustus: sibi met angularibus in veritate simul nulla rōne cōsentit: sicut in his que indefinite erant: et affirmationes affirmationibus et negatiōes negationibus in veritate poterant p⁹sentire. in his autez que sunt definite affirmationes angulares sūt vere eē nō pnt. Recte igit⁹ dcm̄ est: qm̄ in aliis oibus similis est p⁹tia diffinitarum et indefinitarum. affirmationibus enī p⁹sentiant in veritate negationes negationibus aut⁹ affirmatiōes non oīno consentiunt: que silitudo p⁹tie in vtriusq; ē. i. et in his q̄ definite sunt: et in his que indefinite sunt sed est d⁹ istantia q̄ non sūt angulares contingit veras esse: et affirmationes affirmationibus et negationes negationibus. indefinitis autem veras esse contingit eas. s. que sunt angulares. in his aut⁹ q̄ sunt definite: affirmatiōes affirmationibus angulares veras esse aliquā nulla rōne p⁹tingit. hoc at manifestū erit: si q̄s et ea sibi pponat exempla: in qbus sūt termini naturales atq; impossibiles: et ea in qbus sunt possibiles et non nāles neq; impossibiles. in oibus enī inueniet affirmationes affirmatiōibus definitis definitas angulares sūt veras esse. non posse. Qd̄ aut⁹ addidit. cōtingit aut⁹ aliquā. hōi est. quāq; enim affirmatiōes affirmationibus angulares definite simul vere eē nō pnt qbuscūq; ppositis terminis pōt tñ fieri vt negationes negationibus vere inueniant: et sit hec silitudo ad infinitas angulares: nam sic illic negatiōes negationibus indefinite angulares vere sūt eē poterant in his que neq; nālia sūt neq; impossibilia: ita hic quoq; i. in ordine definitarum negatiōes definitas negationibus definitis angulares angularibus sūt veras esse p⁹tingit in his que neq; sunt impossibiles nec nāles. negatio enim simplex particularis que dicit non ois est hō iustus: pōt sūt vera esse cū ea que dicit non ois est hō iniustus. pōt enim fieri vt qdā sunt iusti: qdā aut⁹ non sint iusti. et in eo vtręq; vere sunt: et ea q̄ dicit nō ois est hō iustus. qz sunt qdam iniusti: et ea que dicit non ois est hō iniustus: qz poterant aliqui eē iusti. s. hec consentit infinite negationi p⁹culari que dicit si ois ē hō non iustus. idē enī est dicere non ois est hō iniustus: qd̄ non ois est hō nō iustus. Quocirca et hec sibi angulares sūt vere esse pnt. nam si qdā sunt iusti quidā iniusti: vtz est dicere qm̄ non ois est hō iustus qz sunt qdam iniusti. Rursus verū est dicere non ois est hō non iustus: qz sunt qdā iusti. negationibus igitur negationes angulares definite sūt vere esse pnt. et hoc est simile indefinitis in qbus sicut affirmationes affirmatiōibus: ita quoq; i veritate angulares negationes negationibus p⁹sentiant. Sensus ergo totus

hōi ē sūt aut⁹ inq; se hz. i. similis erit p⁹tia ppositionum. quēadmodū fuit i indefinitis et si vlt⁹ nois sit affirmatio. i. et si definite affirmationes negationesq; ponant. vt p subiecta exēpla: monstrauit dicens affirmationi simplici vlt⁹ ois est hō iustus: opponi nō ois est hō iustus: particulari enī. s. simplicem. et rursus vlt⁹ affirmationem infinitam pponens eam. s. que est ois est homo nō iustus: huic illaz opposuit que dicit non ois est homo non iustus: hē inquit sūt se hnt ad consequentiam quēadmodū indefinite. quomō aut⁹ se ille hnt ad p⁹sequentiam: supra monstratū est. sed nō inquit similiter angulares cōtingit veras eē. In his enim que erāt indefinite. affirmatiōes affirmatiōibus angulares sūt vere eē poterāt. In his aut⁹ que definite sunt sūt vere esse nō pnt. Cōtingit aut⁹ aliquā: vt sūt angulares vere sint i his q̄ definite sūt quēadmodū et i indefinitis. negationes enī negationibus angulares definite sūt in veritate p⁹sentiant: vt his quoq; inueniebāt. quas indefinitas supra descripsim⁹. Plenus est igit⁹ hōi intellectus. Rermini⁹ aut⁹ hoc aliter sic expōit sūt inquit duas facient oppositiones quattuor ppositiones si fuerint due simplices due infinite determinatione tñ adiecta. hoc aut⁹ sic monstrat. pponet prius simplicē affirmatiōem vlt⁹ que dicit ois est hō iust⁹ Contra hanc p⁹cularē simplicē negatiōem non ois ē hō iustus. sub affirmatiōe vlt⁹ simplici affirmatiōem vlt⁹ infinitam que dicit ois est hō non iustus. Contra hanc sub negatiōe p⁹culari simplici p⁹cularē negatiōem infinitā que pponit non ois ē hō nō iustus.

Omnis est iustus homo Nō omnis est iustus homo
omnis est non iustus hō non ois est non iust⁹ homo

